

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

VIR verè Magne, ingenio Maxime,
Humanitate Incomparabilis,

Est profectò, quod in Amico accuses, in Hoste punias,
iniquissimi silentii, etiam post Beneficium acceptum, res.
Sed quia Amicus es, Hosti parces, crimen confitenti.
Parcis verò, et me novâ ingenii Humanitate ad scri-
bendum provocas, missis Versibus, quos non possum
nisi purum Apollinis aurum, magni Amoris testes
appellare. Ita me Deus, pluris est, unum illud de
Elogiis Caesarum Austriacorum Epigramma tuum,
quàm Elogia mea omnia; quae à tam luculento favore
aliquid pretii, multum Honoris capient: non aliter
bona, quàm quia tibi videntur. Tuum plerique sequi
iudicium, tutum putabunt; ad examina non descendunt.
HYGENII nomen PUTEANI attollet. Candidè sic lo-
quor, ut quantum debeam, intelligas; et quantum exci-
tari tam benigno stimulo potuerim. Mitto nunc igitur
(nec scio an miserim) Orchestram Burgundicam, par-
tem quoque Theatri, quod adorno: missurus mox et
Podium Philippicum, sive Reges quatuor Hispaniae
PHILIPPOS, totidem Elogiis descriptos. Vbi Austri-
acos absolvero, ad alios quoque Principes, Cellique Du-
ces calamum transferam: quidni verò ad viros Literis
et doctrinâ Claros? Ostendam tum verò, et me inter

Sostes Amicum habere. Haec quidem destinatio mea
est; sed à Deo dependet. Quam enim fiduciam in annis
deinceps ponam? Sexagesimum nonum superiori anno,
pridie Nonas Novembriis, ingressus sum; et quamvis
adsuc valeam, non aequè vigeo, communi legi ac ne-
nescitati obnoxius. Nimis verum illud Varronis: Si
Somo Culla, è magis senex. Ut vivam quoque, labor et
dolor minantur. Properandum igitur, quantum per im-
pedimenta licet, quae varia et proluxa sunt, nec liquida
sunt haec mea studia esse. Sic excitator vero, cum
videam, etiam per ventos ac tempestates navigationem
accelerari. Quid praeterea dicam? suspendo quae adsuc
scribenda sunt, novum propediem fasciculum missurus.
Quod praecipue agendum erat, ago, et pro tessera tulae
profectionis, filio meo MAXIMILIANO liberaliter nuper
data, obstrictum me profiteor. Sic saepius debeo, ut
prorsus tuus sim, quemadmodum ero semper,

Affecta, culta obsequio,

L. Puteanus. }

Lovanii, in Arce, V. Kal. Mart.

M. DC. XLIII.

Alterum Epigramma, Operae pretium facturum, an-
non facturum sim Elogia prosequendo, ingeniosum penitus
est, et Amoris in me tui Corollarium.

WXX

IV

habet Amicum habere. Haec quidem desiderata mea
erant, sed a Deo dependat. Quam enim fiduciam in me
deinceps ponam? Sexagesimum nonum saepius
pudicis viri, inaccessus sum: et quod
ad hoc valeam, non aequo vigeo, communem legi ac
necessitati obnoxius. Nunis verum illud Varro
Somo Pulha, et magis senex. Ut vivam quique, lacrimae
dolor minantur. Propterandum igitur, quantum per
pedimenta licet, quae variae et probae sunt, non
sunt haec mea studia esse. Sic excipere vero, cum
videam, etiam per ventos ac tempestates navigantem
accelerari. Quid praeterea diu est, suspendo quae
scribenda sunt, novum propediam fasciculum miseri
quod praecipue agendum erat, ago. et pro vestra
perfectura, filio meo Maximiliano liberaliter
data, obsecratum me profiteor. Sic superius debet
provenit tunc sum, quem in modum cum semper,

Affecta, saluti obsequio.

L. Puteanus.

Lovanii, in Aquis, V. Kal. Mart.

D. CC. XIII.

Alacrum legationem, operae praeterea facturas
non facturas cum legatione prosequenda, in legationem
est, et Augustus in me in Corollarium.





~~Den myn Seere~~

Myn Seere Constantinus Huygens,
Seere van Zuydheden,
Raed ende Secretaris van syne
Hoogheijdt.

V
Juden Hage.